

copia adornat sicut scriptum est : *Spiritus ejus ornans anbelantes, ejus praeceptis parere student, ut de lati casos (Job xxvi, 13); quia illi ad cœlestem vitam bore fructus recipient viæ æternæ.*

VITA S. BERTULFI

ABBATIS BOBIENSIS TERTII.

(Ex Mabili, Acta ordinis S. Benedicti.)

OBSERVATIONES PRÆVIAE.

Vitam sancti Bertulli Bobiensis abbatis tertii, Venerabili Bedæ falso ascriptam, a Surio expolitam restituere tentavimus. Eam reperimus, at mutilam, in quodam monasterii nostri Compendiensis apographo, in quo Jonas lucubrationes, excepta sancti Eustasii abbatis Vita, hoc modo disposita sunt, ut Vita sancti Columbani unum librum, Vita sancti Attala abbatii alterum, narratio de rebus mirificis in Burgundofara monasterio Eboriacensi patratus tertium constitutum distinctum in xviii capitula; quorum tertium decimum sancti Bertulli abbatis Bobiensis Acta qualia hic subjiciuntur comprehendit, alia quinque (quæ quidem in me. Cod. Iacero desiderata ex Surio supplevimus, quorundam monachorum Bobiensium præclara facta morteque egregiam prestringunt. Jonas auctor rebus peu omnibus tesis adfuit.

INCIPIT VITA.

1. Quam præclara sint monumenta justorum, doctrina ordo per temporum vicissitudines studuit posteritati declarare. Quæ ergo nunc nostris noscuntur patrata temporibus, nequaquam silentio negligenter somno torpente sunt prætermittenda, ut sicut nobis præcedentium exempla uberioris religionis studia generant, ita postmodum posteritati nostrorum temporum augmenta pariant; dumque alii imitanda propagamus, nobis saepius memoranda opposimus. Venerabilis etenim Bertulfus Bobiensis coenobii præsul, cuius superius fecimus mentionem (*In prologo Vita S. Columbani, et in Vita S. Attala*), quis quantusque fuerit, a nobis non est omittendum tradere memoriam, sed prius qualis conversatio in sæculo fuerit memorandum est.

2. Fuit enim genere nobilis, licet gentilis, consanguineus Arnulfi Mettensis urbis pontificis. Qui cum præstatum pontificem Arnulfum ad cultum religionis post aulicos honores, insulas, pompasque sæculi ad religionis studia anhelare perspexit, nisus est et ipso calcando terrena cœlestia desiderare. Postposuit patrem, natale solum, pompas orbis juxta Evangelii vocem; postremum ammissione rerum nudus tollendo crucem ad semetipsum abnegando secutus est Christum. Junctus supradicto pontifici Ar-

^a Arnulfus nondum in solitudinem secesserat cum ipsi junctus est Bertulfus, sed adhuc in episcopatu degenerat. Eustasius siquidem ad quem postea Bertulfus reliquo Arnulfo se recepit, decessit anno 635, quo anno sanctus Arnulfus e Mettensium præsul, ^b inquit Frodoardus in lib. i Hist. Itheim., synodo Rheiensi sub Sonnato celebratus invenitur interfuisse.

^b Surio Procurum Cleronensis urbis pontificem, insigne menda, cum scribendum sit Dertonensis. Est au-

nulo^c, cum ipso tantisper moratus est. Deinde ad venerabilem virum Eustasium perrexit, quo diu subiectus sanctæ regulæ, religionique gratia omnibus manuit.

3. Exin adventante beato Attala ex Ausoniæ [Italia] partibus, cuin voluntate et pacis venerabilis vinculo vir Eustasius ejus societati subjunctus est, quia erat illis eorū unum et anima una, nec quidquam discordie manebat, sic [supple ut] mutuo ac vicissim subjectos sibi commutarent. Abiit ergo post vestigia venerabilis Attala, Ausoniæque cœribus receptus, in Ebobiensi cœnobio sub obedientia beati Attala permansit. Cumque Repertor rerum spesatum Patrem Attalam ad cœlestia regna post serumnas sæculi evexit, omnis concio monachorum voce animoque unito: In paterno honore, aiunt, Bertulfum sublimamus. Qui per tredecim annos omni diligentia studio plebem docere ac imbuere salubribus monitis non omisit. Sed quid in his temporibus gesserit, memoria tradendum est.

4. Cum jam egregius moribus bonitate et disciplina, scientiaque moderante, plebem regeret, excepit antiquus anguis quicem adversitatis ictu quatere. Excitavit quemdam Prowm nomine Dertonensis ^b, urbis pontificem, qui ut subjectum sibi præstatum abbatem cum cœnobii supplemento ficeret omni vi intendebat. Aggressus primum aulicos vel pontifices est vicinoe muneribus tentare. Cumque sibi junctos gauderet, regi per eos suadere adiit. Regnabat enim eodem tempore Ariowaldus Longohardus. Sed cum nibil aliud a rege in responsis recepissent, nisi ut ecclesiastico jure probarent utrum cœnobia procul ab urbibus ita episcopali debeat ministrare dominio, ille omnes quos potuit suo intentui jungit.

5. Cumque hæc agerentur, unus ex aulicis clam præstato Bertulfo quod rei somenta gestiret mandavit. Ille missos experiendi causa ad regem direxit, quibus Ariowaldus: « Non, inquit, meum est sacerdotum causas discernere, quas synodaliter examinatio ad purum debet adducere. » Sciscitatur illi si illum sit fautor consilii. Nequaquam ait se eis favere,

tem Dertona, seu Tortona, urbs Liguriæ episcopalis sub metropoli Mediolanensi, media inter Genuam et Placentiam. Codex Compendiensis distincte habet Prowm nomine Dertonensis urbis pontificem, nec aliter prætulisse videtur Codex quo usus est Surius, quamvis incertum sit num vitiatum non sit episcopi nomen, qui in Italiæ sacrae tomo IV Penus sive Pinus et Præculus dicitur.

qui aduersum Dei famulum molestias vellent generare. Cumque illi quamvis a barbaro et Arianæ sectæ credulo talia fari cernerent, poscunt ut supplemento publico qualiter Romæ ad sedem apostolicam venire queant fulciantur.

6. Largito ergo beneficio, regio cultu Romam usque supradictus abba, in cuius obsequio ego infui [f., interfui], ad Honoriū papam accessit. Qui cum rei causam patefecisset, ille de industria querit quæ sit consuetudinis [consuetudo] regularis disciplinæ. Cumque cuncta alaci animo in aures præsulū digessisset, placuit Honoriū regularis series, religionis cultus ac humilitatis indicia. Tenuit ergo eum tantisper, et quotidiano affamine Bertulū roborare nūsus, ut cœpti itineris laborem non relinqueret, et Arianæ pestis perfidiam Evangelii mucrone ferire non abnueret. Erat enim venerabilis præsul Honoriū sagax animo, vigens consilio, doctrina clarens, dulcedine et humilitate pollens. Lætabatura gentibus socium reperisse, cum quo dulcia promeret affamina, nec prorsus delectabatur ut cito ab ejus consortio segregaretur.

7. Sed cum vehemens aestus quærendi longum prohiberet spatum, præbuit optatum munus, privilegia sedis apostolice largitus est, quatenus nullus episcoporum in præfato cœnobio quolibet jure dominari conaretur. Perceptum ergo optatum munus [Pro percepto munere], ad patriam remeare nisi sumus.

8. Cumque peracto itineris spatio Tuscana arva postpoeta [Tuscanis arvis postpositis], Apennina attigimus rura, et prope castrum cui Bismantum notum est venissemus, tanta vis febrium Bertulū oppresit, ut omnino morte præveniri crederetur. Ager enim ab urbe progressus fuerat. Oppresserat omnes noctilicium longævi itineris, quam labor ægri Patris: nec prorsus de ejusdem sospitate spem habentes, tenso tentorio, aspero in loco, nec omnino de sospitate paterna fidentes metu sumus. Erat enim vigilia passionis beatorum Petri et Pauli apostolorum. Cumque jam atra nox irrueret, ille inter ignes febrium me accersivit, ac curis mens dedita de nocturna vigilia suscitavit. Cumque ego excubasset quousque intempsa nox rueret, tantus me sopor oppressit, ut sursum caput attollere non valerem, omnesque qui erga tentorium sarcinas vel equos excubabant, simili sunt sopore depresso.

9. Cumque ergo cuncta silentia operissent, beatus apostolorum princeps Petrus advenit ac super stratum ægri Patris astitit: Surge, inquit, et sospes tuos ad soles perge. Cumque ille inquireret quis esset, ille ait:

^a In tomo IV Italizæ sacræ, ubi de abbatibus Bobiens., in Bertulfo, exstat Honoriū privilegium de immunitate cœnobii Bobiensis, datum iii Idus Januarii, imperii Ileracii Augusti anno 8, indict. 4, quæ note anno Christi 628 convenient.

^b Cetera sancti Bertulii gesta silentio pressit Jonas, nec ea quidem pauca, siquidem ea quæ in itinere Romano facta hactenus descripsit, initio prælature sancti Bertulii contigisse ex citato Honoriū privilegio colliguntur. Et tamen Jonas post ipsius Ber-

A Petrus. Mea hodie clara in toto orbe celebrantur solemnia. Cumque hæc dixisset, abiit. Ille timore percusus anxius et trepido corde me sciscitari curat quid rei causa inesset. Putabat enim et audisse vocem et aspectum vidisse. Cumque ego aierem me nihil vidiisse vel audisse: Non cernis, inquit, fulvam lucem quo Petrus apostolus pergit? Cumque seirem me nequam videre, silere coepit. Cumque ego cognovissem quid rei causæ gestiret, vix tandem precibus obtinere merui, ut mihi rei panderet veritatem: quod ille omaino siluisse, si me et audisse et vidiisse non pateret.

10. Cum quodam in tempore expleto peallendi officio una cum fratribus secunda diei hora de ecclesia beati Petri egredetur, obvium habuit hominem in via Turinum [Sur., viatorem] nomine, dæmonis rabie plenum. Quem intuens cœlos inspexit, Conditoremque postulavit, ut suæ roti favens adasset, sauciumque dæmonis peste suis consulendo preciosas curaret. Deinde imperavit ut vis rabida dæmonis ab homine exiret, nec prorsus præsumeret Dei imaginem maculare. Mirabiliter discerpendo iniqua pestis fugit ab homine, protinusque salus secuta est, suspesque ab ecclesia una cum fratribus egressus aliquæ incolumis permanens, gratias Creatori rependit, qui sic famulo suo cito favendo ejusque orationibus obtemperando suo cruciatu subvenit. Deinde interposito temporum circulo, alijs sœva dæmonis peste infatulus oppresus nomine Dominicus, alius ejusdem nomine Urbani, ad eum curandi gratia properavit. Quem diu increpans curavit, et sœvam pestem ab homine exire fecit. Deinde alia virtus subsecata est.

11. Quidam leprosus valida lepra perfusus, nec prorsus sospitatem recipiendam a medicis fiduciam gerens, ad venerabilem virum Bertulum venit, susque orationibus ut opem misericordie mereretur postulavit. Quem cum vir fiducia plena asperisset, gravissimæ ultiæ hominem subjacere suspiravit, imperante ut secum quoadusque sospes reideretur maneret. Dedit operam ut mens virtutum conscientia cœlos penetrans ad suas preces rerum Conditorem excitaret. Peractoque biduano jejunio, oleum supra membra ulceribus plena effudit: moxque didicere membra post viscerum putredinem sanitatem recipere, et ad pristinum decorem denuo reverti; et ita sanus ager effectus est, ut nec vestigium lepræ in ejus corpore appareret. Sique Creator omnium suis favendo subvenit, ut uberioris vigore virtutum reborat, calcando perfuntoria, cœlestia semper studeant adimplere præconia.

Bertuli obitum hæc scribebat, cum ei annos regiminis tredecim, supra num. 3, tribuat, et lucubrationes has Boboleno Bertulii successori in prologo Vita sancti Columbani præmisso inscrتاب. Porro sancti Bertulii memoria, quæ in antiquis Martyrologiis desideratur, in Benedictino celebratur xiv Kalend. Septemb., quo die sanctus Bertulius obiit, postquam cœnobium Bobiense post beatum Attalam annos tredecim rexerat.

DE ULTIONE MONACHI AB ARIANIS.

12. Pierunique etenim monachorum experti sumus virtutes flagrare, et ideo ratum ducimus ut ex his aliqua intersetamus. Cum quodam tempore Blidulfus presbyter, cuius superius memoriam fecimus, a beato Attala ad urbem Ticinum [Pavia] directus fuisset, ibique pervenisset, viaque mediae civitatis ambulans obvium habuit Ariowaldum ducem Longobardorum, genere hominem nobilissimum, generum Agilulfi, cognatum Adalwaldi, sectar Arianæ credulum, qui post Adalwaldi obitum regnum Longobardorum regendum suscepit. Is ergo cum Blidulfum vidisset, ait: Ex Columbani monachis iste est, qui nobis salutantibus denegant apta respondere. Cumque iam haud procul abesset, deridens salutem præmisit. Ad hæc Blidulfus: Salutem, inquit, optabam [F., optarem] tuam, si tu non tuis seductoribus et veritate alienis faveres doctrinis, quos et sacerdotes adhuc vocatis mendacio sibi allatum nomen usurpantes. Porro melius est te ineffabilem Trinitatem una Deitate contemplari, non tres potestates, sed tres personas, nec unam trium nominum personam, sed tres in veritate Patris, et Filii, et Spiritus sancti personas, una potestate, voluntate, essentia.

13. Hæc cum paulisper audiens, progressus ait cur se non habero bonus incredulitatis ministros, qui obruente noctis caligine redeuntem sollicitarent, et fustibus vel sudibus collisum morti hunc monachum traderent? Tunc unus vesanior cæteris ait, ad hoc se patrandum paratum esse si jubeat. Ille vero: Si hæc, inquit, feceris, muneribus te sequenti die ditabo. Progressus ergo socium sibi sceleris alium similem sui jungit, viamque atris obruentibus tenebris custodit. Commeans ergo per eamdem viam monachus et presbyter, et a cena ad quam a quodam Christiano invitus fuerat regressus, inopinato in satellites incidit, percussusque cerebro ac omni compage corporis collisus magnis fustium ictibus ac sudibus pulsatus interiit, nullo e populo sentiente (erat enim subditus locus), sed nec dare vocem quiverat anticipatus loco a talibus. Diu ergo exanimé, ut putabant, cadaver cædentes abeunt, auctori sceleris patratum facinus nuntiant.

14. Cumque is ad cuius domum morabatur morari presbyterum et monachum cerneret, eventum rei D mesciens (erat enim et ipse presbyter Justus nomine), veritus ne in Arianos incidisset, arrepto baculo e parte dirigit iter, reperitque jacentem, acsi somno depresso suscitare conatur. Ille vero velut a strato incolumis surgit, vix plagarum vestigiis parentibus: pariter ad metatum pergunt. Conquirenti quid hoc fuisset, nihil ei respondit unquam suavius accessisse, nec somnum dulciorum babuisse testatur. Interrogat si dolor aliquot membrorum attingat, nequaquam plus sospitem fuisse, et nescire sibi aliquid adversi evenisse respondit. Peractis ergo necessariis ad monasterium

^a Surius scribit Yra. Iria fluvius est Liguria: ex Apenino monte apud Antilam, Dertonom et Castrum Novum fluens postea in Padum influens, aliis Scriptis,

A repelat. Is ergo qui se spontaneum ad hoc patrandum opus indiderat, mox post discessum monachi a Ticino a dæmone corripitur, et diversis paenarum incendiis flagellatur, admisumque facinus exitiabiliter constitutus. Omnis populus clamat: Quicunque talia Ebobiensibus monachis, quæ ipse patraverat, commutat, simili ultioni subjaceat, et qui Arianorum acquiescat persuasionibus talem iram justi Judicis sentiat.

15. Quod facinus videns Ariowaldus divinitus manifestatum, confusus et metuens ne sibi aliquid simile eveniat, ipsum quem vis horrida torquebat cum sociis ad beatum Attalam dirigit, precaturque pro se ut commissum malum ignoscant; se multo famulatu patruum esse, si ejus dona vellent recipere. Videns B beatus Attala membra sui injurias divinitus vindicatas, rogat ut cuncti pro pestifero orient, utque vis adversæ potestatis misero ab homine pellatur, nam munera impii ac bæretici hominis nunquam in perpetuum se suspicere respondit. Cunctorum ergo orationibus Dominus ad tempus pepercit, redditus sanitati statim homo sospes rediit, sed vite lucro nondiu potitus est. Cumque metatus suo resideret, et ab aliis increparetur cur hoc fecisset, insultantis voce dicit se hoc sponte fecisse quod exinde vellet. Mox correptus igne febrium et inter poenas incendii clamans vita privatus est. Quem nequaquam juxta aliorum sepulera sepelire ausi sunt, sed procul ab omnibus in quodam conspicuo loco, quo prætereuntes dicerent: Ille ille miser tumulatus jacet, qui Ebobiensibus monachis sua lascivia crudelitatem administravit. (Huc usque ex Codice Compend.)

DE MONACHO MEROVEO ET ULTIONE EJUS.

16. Eodem tempore monachus Meroveus nomine, a beato Attala Dertonam urbem missus, et causa ejus negoti propter quod venerat, longius ab urbe progressus, ad quondam villam Iriæ^a fluvio adjacentem accessit: ubi fanum quoddam arboribus consitum videns, allatum ignem ei admovit congestis in modum piræ lignis. Id vero cernentes fani cultores, Meroveum apprehensum diuque fustibus cæsum et ictibus contusum in flumen illud demergere conantur. Sed unda monachum non ausa fuit suspicere, licet ille ejus rei quam gesserat nomine mori paratus esset. Cernentes ergo illi non posse eum mergi, quem Domini clementia servaret, manu inter se communicato consilio super undas eum prosternunt, materialisque super eum coacervant, ut immanni pondere deprimetur. Cumque id scelus se jam confecisse putarent, relicto (ut putabant) cadavere ad littus redeunt. His abeuntibus Meroveus uibil molestia sentiens, incolumis a fluvio surgit diruptis nexibus, sponges Dertonam ingreditur, ac postea ad monasterium redit. Ecce autem repente divina ultio in ejus adversarios animadvertisit. Quotquot enim in eo fuere contubernio, diversis sunt calamitatibus affecti: alii excitate, alii ignis aduulgo la Scrvia dictus, inquit Philippus Ferrarius in Lexico.

stione, quidam publica contractione, plerique omnium membrorum debilitate, ita ut diversi diversas sentirent penas. At ubi compererunt Meroveum sospitem ad Bobiense monasterium revertisse, quidam ex his eo adducti sunt; et per paucis quidem paenitentias medicina remedium attulit, reliqui omnes ea ultiōne periēre.

DE OBITU AGIBODI MONACHI.

17. Ita sane mirificum famulis suis Deus munus impertit, cum post damna corporis et post irrogatas injurias, et in præsentia vita adjutorio suo eos roborat, et in futuro post certamina coronando glorificat, quos hic propter nomen suum illatam injaciam sponte excipere sentit. Vidiimus nos in eodem Bobiensi monasterio etiam aliorum monachorum felicem vitam felicioremque exitum, qui multa virtutum de se exempla praebuerūt; e quibus nos saltem aliqua referemus, ut viventibus eorumque vitam imitari cupientibus liberior adhortatio accedat.

18. Monachus quidam Agibodus nomine, qui beati Altlæ tempore monialium monasterium gubernarat, in extremis angoribus positus, sui exitus exspectabat horam. Cumque jam fratres astarent, qui animæ e mundo migranti suprema officia persolverent, atque de more ad psallendi munus sese præpararent, elapsa e corpore anima, vidi æternam lucem sibi paratam, soleisque miro fulgore micantem. Cum autem ea visione stuparet, diceretque se nunquam talem solem vidisse, vel claritatem quæ ei posset æquiparari, unus e coelicolis accedens sciscitatur quid sic attonita intueatur. Illa respondet solem micantem se intueri, cui nunquam aliud similem viderit. Ait coelicola: Noveris te hodie venturam ad nos et in hac admirabili luce habitaturam septiesque vincentem solis lumen, Jostorum choris inserviam. Reversa igitur vale die fratrum collegio, atque ita potro redibis ad nos.

19. Reversa igitur anima in corpus, Agibodes fratribus ultimum vale dixit. Quodam autem e fratribus percontante quandiu in eo atque illi eti: ueritatis esset, ei indicavit quid vidisset, et quanta ipsi esset claritas promissa, quodque eadem hora obitum sit postquam viationem perceperit, et fratribus vale dixit. Sumpto inde sacratissimo Domini corpore, omnibus osculo præbato, orat ut charitatis officia corpori impendat. Ilaquæ præmissionem coelestem mox Ihesus prosecutus est, felicemque oblitum exitum, magno sui desiderio superstribus dñefero. Illic enim sanctorum remunerator posteris voluit exemplo esse, ut quiebus coronam ante exitum promissam cognovissent, ejus punitatis et religiositatis in omnibus similitores se præberent. Pœrat is a pueri stib discipulina regulari eruditus, sub Cötumbano a seculo conversus, simpliciter omni bonitate inter fratres conspicuus, obedientia et religione politus, denique, iusta Pauli sententiam (*1 Cor. iv.*), malitia omnino parvulus. Quid enim sibi

^a SS. Theodaldi et Baudacharii, duorumque superiorum, Merovei et Agibodi, heron Leobardi (de quo postea) Translatio in Martyrol. Bened. celebratur prid.

A vult quod clementissimus Deus executi de mundo monstrare voluit qualis postea futurus es es, nisi ut ostendat eos qui simili simplicitate vivunt, et obedientia et mortificationi voluntarie subjiciuntur, similem expectare remunerationem, et æterni luminis esse claritate potitos?

DE OBITU THEODALDI ET BAUDACHARIO MONACO^a.

20. Vidiimus et alium huic obedientia, pietate et mansuetudine, similem Theodaldum feliciter ex hac vita abeuntem, et summa animi exsultatione ad æternam animi gaudia properantem. Cum enim laetus in suo strato decumberet, rogat ut fratres omnes ad ipsum veniant; hisque omnibus supremum vale dicens, se éadem hora ait e corpore egressurum. Qua autem ratione exitum suum cognoverit, nobis haudquaquam voluit indicare. Cumque omnibus vale dixisset, viaticum poposcit. Quo accepto, antiphonam ipse impausit ita dicens: *Ibunt sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion (Psal. LXXXIII)*, absoluataque antiphonæ melodia, laetus et summa hilaritate reseruit, animam reddidit Creatori, ut nobis qui præsentes eramus aperte licet intelligere eum de gloria coelesti et promiso præmio usque adeo exultasse.

21. Alius monachus sub abate Bertulfo, nomine Baudacharius, cum tempore vindemiarum deputatus esset vineæ custodiendæ, ne ea ab avibus et bestiis aliqui injurya vel detrimento afficeretur, evenit ut trigesima fratres ejusdem vineæ tuendæ causa eo advenireat. Ille ergo charitate plenus orat ut illic post laborem fessa membra relinant, cum nihil aliud haberet quam parum panis quem in suos usus secum attulerat. Objurgante autem eum præposito dicenteque ne quid tale attentaret, quandoquidem panes conficeret non posset, ille ait: *Largi mecum dapes sunt, quibus possint etiam plures satiari. Præposito sciscitamus quænam illæ sint dapes, respondet anatum sibi a Dño datam. Tum vero præpositus: Fac, inquit, sicut dixisti. Divisit itaque anatum trigesita fratribus; atque adeo illi exsatiati sunt, ut dicarent se nunquam in cibo expletos fuisse. Auxit enim fides quod dabis deeras.*

DE LEOPARDO MONACO.

22. Leopardus quoque monachus alio tempore vineæ tuendæ deputatus füvenit vulpeculam botrum vorantem. Quam objurgans minis intentialis jussit ne amplius vineam attingere. Sed cum ille abiisset, turba bestiæ rediit ad carpendas uvas: quas ubi contabilius prohibitionem gestavat, hærente in ore cibo vello extincta est; moxque Leopardus monachus vineam studio circumiens, reperit vulpem mortuam in ore prohbitos tenentem cibos.

23. Alio tempore eodem Leopardus cum Meroveo, cuius supra fecimus mentionem, septa vineæ ex abbatis imperio deféndente, arborem securi succiderunt, ramis sepem densarunt. Dumque arboreum totam

Kalend. Septemb., ubi, pro Leobardi, corrupte leopardi tegiuit.

mis nudassen, inter se statuerunt humi prostrati D. minum rogare ut ipse vires suppedet, quibus possint arboris truncum integrum ad sepem asportare. Inde ab oratione surgentes, invocato nomine omnipotentis Dei, truncum corripiunt, et in locum desultatum perferre conantur; et ecce quem vix multi pertrahere potuissent, duo homines fide armati, levimotu portant. Postea vero multi fratres simul collecti eundem truncum movere volentes levare nequibant; atque

A Ita Omnipotens virtutem aguoverunt, quia duo illi fratres nulli indicare voluerunt, sed secreto alii aliis patescerunt.

24. At nos fortassis radet quispiam et carpet, quod haec inscrere hoc loco voluimus; sed nos tamen quae ad Dei gloriam faciunt silere nequivimus. Haec vero dijudicet recipiendae sint vel rejicienda haec Dei dona, qui talia non abnuit nec abijicienda sentit que deo causa admittit.

VITA S. BURGUNDIFARÆ

ABBATISSÆ EBORIACENSIS PRIMÆ,

SEU POTIUS LIBER DE VIRTUTIBUS AC REBUS MIRABILIBUS IN EBORIACENSI MONASTERIO FACTIS, TEMPORE BURGUNDIFARÆ ABBATISSÆ

(Ex Mabill., Acta ordinis S. Benedicti.)

OBSEERVATIONES PRÆVIAE.

1. Burgundifaram virginem non aliam esse a Fara abbatissa testatur Venerabilis Beda in lib. iii Hist. Angl., cap. 3. Cujus illa Ercongotha (scilicet Ercenberti regis) ut condigna parenti soboles, magnorum fuit virgo virtutum, semper serviens Deo in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab abbatissa nobilissima vocabulo Fara, in loco qui dicitur Brige. Et tamen in suo ipsius sincero Martyrologio, quale ab Henschenio vulgatum est, nullam sanctæ Faræ mentionem facit. In tractu Brigio duo tunc temporis virginum coenobia erant cum adjunctis monachorum claustris, Eboriacense unius et Jotrense, hoc ab Adone Dadonis seu Audorni fratre constructum in saltu Jotrensi haud procul a Matrona fluvio et amne Mugra quem minorem dicunt (*le petit Morin*); illud a Burgundifara seu Fara virginis eretum inter duos annus Mugram, seu Mucram majorem (*le Morin*) et Aliam, tribus admodum milliaribus a Jotrensi distitum. Mugra annis uteque in Matronam inuit: minor quidem paulo super Melas oppidum ad Firmatatem Asculli seu sub Jotro, vulgo *la Ferte-sous-Jouarre*; maior vero, Mugra simpliciter dicta, paulo infra Meldas, Eboriacense monasterium quod nunc sanctæ Faræ [Fare-Monastier] dicitur, ab Aquilone fere attingens: cum Alta rivulus ab orientali monasterii parte in Mugram decurrat.

2. Sancta Fara dicta est Burgundifara, seu Burgundiosara, usi et sanctus Faro Burgundifaro appellata, licet uterque ex nobili Francorum familia apud Meldas ortus sit, eorumque pater Theodeberti Austrasiorum regis conviva et domesticus fuerit. Farones quippe dicti sunt nobilii fara seu familia geniti apud Burgundos, prout ex Fredegarii Chronicō constat; qui Fredegarius Burgundia Farones, id est, optimates, cap. 41, 44 et 53, nominat. Et Paulus Diaconus, in lib. ii de Gest. Langob., cap. 9, Langobardorum faras, hoc est, generationes, vel lineas, vocat.

3. Quæ de sancta Burgundifara hic subjicimus, non Beda, sed Jonas monachi Bobiensis calamo exarata esse constat. Jonas in Vita sancti Columbani, ann. 50, sic de Burgundifara loquitur: « Benedixit ergo vir Dei dominum ejus (Chagueric) filiamque ejus nomine Burgundifaram quæ infra infantiles annos erat, benedicens eam Domino vorvit, de qua postea in subsequentibus narrabimur. » Et in Vita sancti Eustasii abb. Luxoviensis postquam Burgundifara parentes Chaguericum et Leodegundam, ejusdemque curationem ac monasticam consecrationem descri-

B psit, de Eboriacensi monasterio subdit: « In quo videlicet monasterio quantæ virtutes postmodum factæ sint, si sita comes fuerit prosequetur. » Hinc est quod a capite suæ scriptioñ sequentis: « Meminisse, inquit, velim lectorem me superiorius narraturum suis pollicitum de cœnobio supramemorato Burgundifarae quad Evoriacas dicitur. » Unde in apographo Compendiosi quo usi sumus, post Vitam sancti Columbani Vitamque sancti Altalæ duobus libris distinctas, continententer sequitur liber tertius de his quæ in cœnobio Evoriacas gesta sunt, duodecim capitulis præmissis prout ea præmitiupus; ac de Vita sancti Bertulii capitulis septem comprehensa. Cum vero Jonas in subjecto libro non tam Burgundifarae gesta quam res insolitas ac mirificas in Eboriacensi monasterio gestas tradat, suspicari licet Burgundifarae necdum cum haec scriberetur fuisse mortuam, ac proinde extremam istius libri partem, quæ quidem in Compendiosi Exemplari deest, adjecticiam esse, quemadmodum suo loco adebatibus.

4. Verum ne sanctæ Burgundifarae historia magna et imperfecta videatur, hic supplenda sunt quæ de ea referuntur in Vita sancti Eustasii ad ann. 625, ubi agitur de ipsius virginis curatione, consecratione, deque Eboriacensi cœnobio conditu ac institutione, ac de Agrestii repulsa, qui Agrestius Burgundifaram adversus sancti Columbani instituta commovere tentaverat.

5. Monasterium Eboriacense seu sanctæ Faræ etiamnunc florentissimum ac celeberrimum est tum numero ac religione sanctimonialium quæ sancti Patris Benedictini regulam districte servant, tum nomine ac opibus. Illic duplex quondam erat, sicut in Jotrensi Parthenore, monasterium, puellarum nempe ac virorum. Testis est Venerabilis Beda in lib. iii Hist., cap. 8, dum agit de ipso monasterio quod Brigense vocat. « Multi, inquit, de fratribus eiusdem monasterii qui alii erant in ædibus, etc. » D Et Jonas in eodem loco se versatum suis infra, cap. 2, testatur.

INCIPIT VITA.

CAPUT PRIMUM.

De cœnobio Evoriacas et de Sisetrudis obitu et caritu angelico.

1. Meminisse velim lectorem me superiorius (*In Vita S. Columbani*, num. 50, et in *Vita S. Eustasii*, c. 3) suis narraturum polliciū de cœnobio supramemorato Burgundifarae quæ infra infantiles annos erat, benedicens eam Domino vorvit, de qua postea in subsequentibus narrabimur. »